

Dominicale R. P. Josephi à V. Maria S. Ordin. Carmelitarum
 p. t. Provinciae Germaniae Superioris Definitoris, intitulatum:
 Die Hell-leuchtende Feuer-Schulze. Ex Adm. R. P. Hyacinthi à
 Matre Dei prae-memorati S. Ordin. Carmelit. Provincialis non sine
 speciali gustu volvi & re-volvi, & cum nihil orthodoxae fidei con-
 trarium, bonis moribus adversum, aut Sacris Litteris repugnans re-
 pererim, sed potius Opus praefixo titulo perbellè correspondere depre-
 henderim, eò quod, non secus, ac olim populus electus per Columnam
 ignis ex Aegypto in terram benedictam est per ductus, mediante Angelo
 Columnam hanc ignis (teste Cornel. à Lap. Comment. in Exod. c. 13.
 v. 21. movente & dirigente: Eodem modo & per hanc columnam ignis
 fortiter suaviterque hominum corda irradiantem, illuminantem &
 inflammantem, per hasce dico 52. selectissimis Sac. Scripturae figuris &
 Sententiis, con- & exquisitis singulari studio SS. Patrum Authorita-
 tibus, approbatis Historiis, utilissimis ac deplorando moderno mundi
 statui accommodatissimis Moralitatibus &c. exornatas Conciones;
 Omnes diaboli (ut olim Israelitae Pharaonis) tyrannide oppressi in me-
 ris & quasi palpabilibus horrendorum flagitiorum scelerumque tenebris
 coequentes, ac à via veritatis aberrantes peccatores, ex miserabili
 Labyrintho hujus Aegypti, Mundi, inquam, fallacis, educantur, &
 ad terram promissam, aeternam scilicet Beatitudinem per ducantur, me-
 diante Magni Consilii Angelo, gratiosè praedestinante, efficaciter ex-
 citante, paternè finaliterque conservante; hinc utpote Opus omnibus
 utilissimum Luce & Typo dignissimum judico. Datum in Carmelo
 Herbipolensi ad S. Barbaram die 19. Martii in Festo S. Josephi,
 Anno 1706.

Fr. Augustinus à S. Georgio
 Carmelitarum Ord. antehac
 Theolog. Moralis Lector, & p. t.
 Conventus Herbip. Subprior.